



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Pergentinus Et Laurentinus MM. 3. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

*peccatori infernum, Christianis Crucem commendavit.
S. Ambros. serm. de Pass.*

SS. PERGENTINUS ET LAURENTINUS
MM. 3.Iunii.

NOn minùs sanctum quām nobile par fratrum PERGENTINVM & LAVRENTINVM aspicis, quorum nomen Aretini cives ad Tiburtium pietatis hostem delaturi h̄ec accusationis capita habuere; ludum literarium eos quotidie frequente: rimari arcana Philosophiæ Christianæ; & jam privatim exercere magisterium ejusdem sectæ; id si publicè audeant, neminem forte, quem non eloquentiā sint corrupturi. Tiburtius propriâ confessione convictos, inviolatos tamen abire passus est, tantò nequior, quantò blandior. Nihil deinde de more suo remittentes cædi fastibus jussit, plagiisque obscuratos inediâ plechi. Tridui jejunio maceratis Angelus mensam struxit de cælesti penumcellaque; cuius delicias qui gustet, sentiat profectò, obsonare famem tanti fuisse. Allapsa simul cælo lux, & sponte laxatis carceris foribus, Christianis cum Pergentinâ sorore ad captivos via patuit: sed ii cæli nectarē ebriis fugam suadere aggressi frustra fuerunt. Carnificum contrà ad mortem eos evocantium suavissimæ voces visæ, quam priusquam oppeterent, faxeam Jovis statuam ardore precum suarum in modum ceræ coegerunt liquefcere. Illustræ miraculum inquires; imitabile tamen: potes tu quoque Bacchum, Venerem, aliaque improbae mentis idola precibus extinguere. Ex Surio.

*Quacunque vitia habemus & quotcunque peccata,
tot recentes habemus Deos. Irratus sum; ira mihi Dei*

ffh

4.Iunii. VITÆ SANCTORVM. 279
est. Vidi mulierem & concupivi ; libido mihi Deus est.
Vnusquisque enim quod cupid & veneratur , hoc illi
Deus est. S.Hieron.in ps.180.

S.GUALTERIUS C. 4.Iunii.

Dubitabit aliquis GVALTERIVM mundi sidus
dicere ? cum humerum stellâ insignitus in
lucem prodierit , divino munere parentibus con-
cessus, Numini Basilicam invicem spondentibus.
Gratiarum domicilium dices , tanta erat oris ve-
nustas , tanta morum elegantia. Magnis pro eo
studiis certatum est , cælo terraque tantum decus
ad se rapientibus. Præfecti urbis filia oculos in
eum conjecerat , optabatque sponsum , spe tanto
certiore , quantò inter Romanas Nymphas emi-
nebat; & sanè , si quid mortale amandum fuerat,
tulisset primas. Jam parentum vota consenserant,
gratulabaturque pari , & pulcherrimo conjugio
Romæ cum GVALTERIVS generoso fastu condi-
tionem aspernatus , negavit feminam ullam toto
orbe dignam se marito : translatisque in cælum
desideriis , castarum mentium sponsum virginita-
tis sibi voto devinxit. Id tamen consilium paren-
tes insaniam vocarunt , & extorquere filio non
verbis tantum , sed verberibus etiam sunt conati:
ut neutris flechteretur , vox allapsa cælo fugam
adolescenti suasit , quam cum Armeno Sacerdote
in Picenum instituit ; ubi deinceps eo virtutum
splendore vixit , ut palam fecerit æquum fuisse
eum stellatum nasci. Parentes diu perquisitum
denique reperere , sed jam inediâ squalidum ,
alioque , quam quem Roma suspexerat , vultu. Ille
tamen Deo plenus factum iis suum non approba-
vit tantum , sed ut imitarentur , induxit ; quem
finem